

scedit. Reflecte g̃ animū tuum ab his  
obscenis amoribz ⁊ omnē amorē tuuz  
cōuerte ad splendidissimā ihesu cristi  
pulchritudinē ⁊ radq̃ fulgoris eius il  
lustrent cor tuū ⁊ omnis obscuritas ca  
liginis expellat a te. hęc pulchritudo  
diligēda ē. que leticiā spiritualē psue  
uit infundere. hic decōr omnimode a  
plectēdus est. vñ nobis serenitas tran  
quillitatis acquiritur. Cūtemus p̃ci  
ciosas pulchritudines ne omnīz ma  
loz genera in nobis irriganur. Nol  
ti em̃ amirantes mulier sp̃z a virtu  
ris via naufragauerūt. plerūq̃ ornamē  
tis eaz oblectati. p̃ciem animaz sua  
rum p̃pessi sunt. ⁊ a p̃ctōis vestigio ī  
profundū inferni dimerfi sunt. Sapi  
ens em̃ vir nō corporis decōrē p̃siderat  
sed anime. Inspiciens autē carnalia or  
namenta amplectit. Sapiens vir mu  
lierem respuit. stult⁹ autē p̃cupiscit eaz  
miserabiliter ⁊ supplātibz. tu autē ca  
ue oībz modis species p̃ciosas ⁊ fal  
sas. Derubat em̃ anima tua si decōrē  
eaz attēdas. cristus em̃ nō ī corporis  
sed anime pulchritudine delectatur.  
**Hec Effrem abbas.** **P** Er notā  
duz q̃ nōnulli qui cū in etate iuuenili  
p̃stituti sunt. luxuriose viuūt cū vero se  
nuerint. tūc p̃mo caste ⁊ p̃tinēter vi  
uerē volunt. sed tales neq̃q̃ p̃tinētes  
vocādi sunt. ⁊ p̃mia pro huiusmodi  
p̃tinencia a dño p̃sequentur. qz labo  
res certaminū in resistendo nō habue  
runt. De talibz **Vsidorus** sic ait. Qui  
dam in iuuentute luxuriose viuentes  
in senectute p̃tinētes fieri delectantur  
tunc eligunt seruire castitati q̃n libito  
eos seruos habere p̃temit. neq̃q̃ in se  
nectute continentes vocandī sunt qz ī  
iuuentute luxuriose vixerunt. tales p̃e  
mium nō habent. qz laboris certamē  
nō habuerūt. **Eos em̃ expectat gloria**  
in quibus fuerunt gloriosa certamina.

hęc yfido? **Vñ** quilibz cristian⁹ mar  
ime tamen religiosus. qui votuz fecit  
castitatis debet ab omni imūdicia car  
nalis peccati se cōtinere. ⁊ huic vicio  
cum adhuc iuuenis est viriliter resiste  
re debet vt p̃miū future glorie pro la  
bore tāti certaminis valeat a domino  
obtinere. **Sic igitur habemus de vir  
tute castitatis.**

**Filius**  
**P**ostq̃ informatus sum de virtu  
te castitatis atq̃ alijs virtutibus  
tam p̃missis. Nunc de quatuor cardī  
nalibus. ⁊ que sint virtutes pollice ⁊  
purgatorie purgari animi. ac exempla  
res flagito edoceri.

**Capitulum. XII. Pater**

**S**ire debes fili

q̃ sunt quatuor virtutes p̃ q̃s  
homo p̃t ad honestatē vite p̃uenire  
dicit **Seneca** quatuor virtutuz sp̃s multo  
rū sapiētū sūis diffinitē sunt q̃bz b̃ia  
nus animus p̃p̃ ad honestatē vite po  
test accedere. hōz prima prudentia. se  
cūda magnanimitas. tertia p̃tinencia  
q̃rta iusticia. **Singule igit̃ honestatē  
bene morigeratū efficiūt viz. hęc Se  
neca** Iste quatuor virtutes structurā spi  
ritualis edificij ac boni operis sustinet  
**Teste beato grego.** qui sic ait. **Solidus**  
mentis nostre edificium temperancia  
prudentia fortitudo. iusticia sustinent  
qz in his quatuor virtutibz tota boni  
operis structura cofurgit. **Unde ista**  
quatuor paradisi flumina terras irri  
gant. quia dum his quatuor virtutibz  
animus infunditur. ab omīū desiderio  
rum carnaliū estu temperatur. **hęc gre.  
R** Appellantur autem iste quatuor  
virtutes cardinales. quia sicut ostiū  
vertitur in cardine. ita in his vertit̃ ⁊  
regitur vita hominis **Per virtutes nā**  
q̃ cardiales rectificat fānā in suis vi  
ribz. nā prudētia rectificat rationa

lem. fortitudo siue magnanitas irasci-  
bilibem. rancia seu continentia cupi-  
scibiles. iustitia vero rectificat omnes  
vices. ipsa enim iustitia apprehendit om-  
nes virtutes ordinantes ad primum  
ut est equalitas et liberalitas. et ordi-  
nantes ad seipsam sicut est penitentia et in-  
nocencia. et ordinantes ad deum sicut est  
latria pietas et obediencia. Et propter hoc  
dicitur iustitia circuire omnes virtu-  
tes. quia non solum specialis est virtus sed etiam  
generalis apprehendens totius anime  
rectitudinem cum ipsa dicat voluntatis.

**S** Et norandum quod per virtutes car-  
dinales homo instruitur in omnibus op-  
eribus bonis et contra vicia armatur.  
Primum sic dupliciter quia instruitur  
quo ad se per prudentiam. et quo ad pri-  
mum per iustitiam. Secundum etiam  
sic dupliciter quia homo armatur in prospe-  
ris per rancia et in aduersis per forti-  
tudinem. De hoc beatus Augustinus sic dicit  
Prudentia est in preuenendis insidiis.  
iustitia in subueniendis miseris. For-  
titudo in preueniendis molestis rancia in  
cohercendis delectationibus prauis. **L**  
Sciendum quod virtutes quedam quibus di-  
cuntur politice. quandoque purgatorie.  
quibus purgari animi. quibus exemplares  
Politice namque dicuntur secundum quod regunt vi-  
tam humanam. quo ad opera exteriora.  
et secundum quod pugnant contra vicia pur-  
gatorie dicuntur. secundum quod sunt in victoria  
vicio et respiciunt primum interiora. et pri-  
mum exteriora purgati animi dicuntur  
quando deuictis viciis possessores virtus  
tam quiescit raro insurgentibus motibus  
primis. Exemplares dicuntur que in  
mente diuina consistunt nam ipse in deo  
sunt et ipse omnium reum exemplar est.

**E**t norandum quod quilibet virtus car-  
dinalis potest coaptari singulis virtuti-  
bus iam premissis. nam prudentia que est  
virtus cardinalis secundum quod virtus est po-

litica ut ait Macrobius est ad rationis nor-  
mam. que cogitat queque agit vniuersa  
dirigere. ac nihil preter rectum vellex fa-  
cere. Prudentia secundum quod est virtus purga-  
toria est mundum et omnia que in mundo  
sunt diuinorum contemplatione despicere.  
Prudentia autem potest esse virtus purgati ani-  
mi est sola diuina noscere. et ea tanquam ni-  
hil sit aliud intueri. Exemplaris vero  
prudencia ut est in deo est ipsa mens di-  
uina. cui omnia nuda sunt et aperta et di-  
sponit vniuersa que in celo sunt et que in  
terra. Ex his apparere potest quod primum  
gradus prudentie ut est virtus politica  
facit hominem in omnibus rationabili-  
ter operari et cum hominibus honeste conuersari.  
Secundus gradus prudentie ut est virtus  
purgatoria mentem altius erigit quia cum  
mundana despicit celestia prudenter  
appetit. Tertius gradus prudentie ut est  
virtus purgati animi mentem plenius per-  
ficit. dum eam in eternis figit quia sola e-  
terna concupiscit. Exemplaris autem  
prudencia. que in solo deo est predic-  
tos gradus inclinat reducit et consumat  
quia omnis vera prudencia a domino  
deus est. De hac etiam veritate videlicet  
prudencia. Seneca sic dicit. Quisquis  
prudenciam sequi desideras. tunc per  
rationem recte viues si omnia prius e-  
stimes et perpenses. si prudens esse cu-  
pis in futurum profectum intende. et que possunt  
fieri contingere animo tuo cuncta propo-  
ne. nihil tibi subditum sit sed et otium ante pro-  
spicies. nam qui prudens est nunquam dicit  
non putari fieri. quia non dicitur ibi. sed ex-  
spectat. nec suspicatur sed caritur. Si pru-  
denciam amplecteris ubique idem eris et  
purvarietas reum erigit ita te accomo-  
des ipsi. sermo tuus non sit inanis sed  
aut suadeat aut moueat aut et consolatur  
aut precipiat. Lauda pariter virtus pra-  
prie nam similiter reum benefabilis  
est nimia laudatio sicut immoderata

*Libro de 4 Virtutibus.*

culpatio illa siquidē adulatōe. ista malignitate suspecta est. Si prudens est animus tuus tribus temporibus dispense tur. presentia ordina. futura provide. preterita recordare. Nā qui de futuro non premeditatur. in omnia incautus incidit. **P**ropone animo tuo mala futura et bona ut illa sustinere possis ista moderari non semper sis in actu. sed interdū animo tuo requiem dato. sed et ipsa requies plena sit sapientie studijs et cogitationibus bonis. nā prudens nunquam ocio marcescit. animū aliquā remissum nunquam dissolutus habet non te moueat auctoritas dicentis nec quis scilicet quod dicat attendito. nec quibus multis sed qualibus placeas cogita. **Hec Seneca.** Notandum etiam quod prudentia est bonarum rerū et malarū utrarūque discretio cum fuga mali et electione boni. de qua procedit circumscriptio docilitas et cautio. **C**ircumscriptio est cautela contrariorū viciorū qua fugimus auariciam et cauemus prodigalitem. **D**ocilitas est potentia erudiendi hoc ordine. ut prius te postea alios instruas. **C**autio est prudentia discernendi vicia virtutū species peccatoria. **X** Vel aliter dici potest quod prudentia in sex diuiditur scilicet in cogitationes presentium. **U**nde per sapientem dicitur. **P**recedent palpebre tue gressus tuos id est consilia tua facta preueniant. **I**n memoriam preteritorum. **U**n̄ **E**zechiel. **R**e cogitabor tibi omnes annos meos et cetera. **I**n providentiam futurorum. **U**n̄ **B**oetius. **N**on sufficit intueri quod factū est ante oculos. prudentia rerum exitus metitur. **I**n circumspectionē contrariorū. **U**n̄ **P**uerbio. **E**st via que videtur hominum recta. nouissima vero illius ducunt ad mortem. **I**n cohibitorū peccatorum. **U**n̄ **P**aulus. **C**astigo corpus meum et in seruitutem redigo. **I**n exercitatorum virtutū. **U**n̄ per sapientem dicitur

Quodcumque potest manus tua facere instanter operare. **A** **S**ecunda virtus cardinalis est temperantia cuius puritas virtus politica est nihil appetere penitentium. in nullo legem moderatiōis excedere. sub iugo rationis cupiditatem domare. **T**emperantia puritas virtus purgatoria cuius est omnia relinquere in quantum natura patitur que corporis usus requirit. **T**emperantia puritas virtus purgatoria animi est terrenas cupiditates non solum reprimere sed penitus obliuisci. **T**emperantia vero exemplaris que in deo est sic est quod in se perpetua intentione conuersa est. **E**x his patet quod primus gradus temperantie puritas virtus politica hominem ab excessu et defectu custodit. quod ei mediū virtutis in omni tempore vel ope ostendit. **S**ecundus gradus temperantie est ut virtus purgatoria que mentē ad eterna perfecte dirigat quod omnem superfluitatem rerū grauariū firmiter excludit. **T**ercius gradus temperantie est ut virtus purgatoria animi mentes in eternis figit quia concupiscētia omnis inordinati concupiscibilis penitus extinguit. **E**xemplaris autē temperantia que in deo est predictos gradus perficit. quia omni creature pondus et mensuram tribuit. **D**e hac etiam virtute temperantie **S**eneca sic dicit. **C**ontinentiam si diligis circumcide superflua et in artum desideria constringet. considera tecum. quantum natura poscat. non quantum cupiditas expetat. palatum tuum fames excitet non sapor. nec ad voluptatem sed ad cibum accedas. nec presentibus deliciis inherabis nec desiderabis absentibus. **S**i continentiam diligis. turpia fugito antequam accidat nec quemquam alium verberis plusquam te. omnia tolerabilia propter turpitudinem crede. a vobis quoque

turpibus abstinere. quod licentia eorum im-  
pudentia nunciat. Si continentia adu-  
lationes deuita. difficilimum est opus  
continentie affectiones adulantium re-  
pellere. quorum sermones animam quadam  
voluptate resoluunt. Si continentia a-  
nimum et corporis tui motus observa-  
re indecori sunt. nec ideo premnas quod la-  
tent. nam nihil differt si nemo videat  
cum ipse illos videas. Cunctis esto beni-  
gnus. nemini blandus et paucis fami-  
liaris. omnibus equus. bone fame ne-  
que tue feminator existas. nec inuidus  
aliene. ad iram tardus. ad misericordiam  
pauus. in aduersis firmus. in prosperis  
cautus. et humilis occultator virtutum  
sicut aliqui vitiorum. rari sermonis ipse  
sed loquentium patiens. que nos si  
ne arrogantia postulanti impartieris  
que nescis sine occultatione ignorantie  
tibi postula impriui. hoc seneca. **B**  
Morandum etiam quod temperantia est vir-  
tus cum potentia resistendi illecebris  
in nos impetum facientibus. ex qua pro-  
cedit continentia. castitas. pudicitia. so-  
brietas. pietas. moderantia. honestas  
abstinentia. verecundia. modestia. Con-  
tinentia est virtus abstinendi ab illece-  
bris. Castitas est virtus sub iugorato-  
nis imperium libidinis refrenans. Pud-  
icitia est virtus non solum impetum re-  
frenans. verum etiam signa cohibens.  
videlicet gestus inordinatos corporis.  
visum dissolutum et similia. Sobrietas  
est virtus qua excessus cibi et potus co-  
hibemus. Parcitas est virtus qua re-  
tinemus retinenda. sicut largitas est  
virtus qua damus danda. Moderan-  
tia est verborum nimium appetitum im-  
piorum rationis reuocare. Honestas est nec lau-  
tiora querere fercula. nec circa curam  
tonus apparatus operam dare. Absti-  
nentia est statutum prandendi tempus non  
preuenire. Verecundia est sedata et super-

flua verba reprimere. Modestia est cor-  
poris habitus et cetera necessitatis super-  
pellectilis immoderatum reuocans usus.

**T**ercia virtus cardinalis est for-  
titudo. que potest est virtus politica est a-  
nimus supra periculi metum erigere. ni-  
hilque nisi turpia timere. Secundo for-  
titudo potest est purgatoria est animo non  
terrerit contra queque aduersa. Tercio for-  
titudo potest est virtus purgati animi est  
passiones non solum vincere corporis sed  
et animo penitus ignorare. Exemplaris  
autem fortitudo que in deo est. est quod sp-  
idem est nec unquam mutatur. Ex his pa-  
ter quod primus gradus fortitudinis pro-  
ut est virtus politica hominem facit omnem  
metum pro utilitate reipublice postpone-  
re. et nisi turpia formidare. Secundus gra-  
dus fortitudinis ut est virtus purgato-  
ria mentem magis confortat. ut nulla pe-  
na corporalis eam terreat. quod ad sola eter-  
na fortiter anhelat. Tercius gradus for-  
titudinis ut est virtus purgati animi.  
mentem in eternum figit. quod cum omnia  
contraria vicerit. repugnare omnino et  
confidenter preternit. Exemplaris autem  
fortitudo que in deo est. predictos gra-  
dus inchoat. deducit et consummat. Ipsi  
enim attingit a fine usque ad finem fortiter.  
et disponit omnia suaviter. De hac etiam  
virtute videlicet fortitudine et magnani-  
mitate sic dicit seneca. Magnanimitas  
que et fortitudo dicitur si in finem in animo tuo  
vives cum magna fiducia. liber. intrep-  
idus. alacer. Magnum humani animi  
bonum est finem huius vite intrepide ex-  
pectare. si magnanimus fueris nunquam  
tibi preumelia fieri iudicabis. de inimi-  
codices. non mihi nocuit sed nocendi  
animi habuit. et cum illum in prete tuavi-  
deris vindictam putabis vindicare po-  
tuisse. Scito enim magnam et honestam esse  
genus vindicte ignorare. Eris mag-  
nanimus si pericula non appetas ut temera-

rius. nec formides ut timidus. nam  
timidum non facit nisi reprehensibilis vi  
te scia mala. hec seneca. Et norandū  
q̄ fortitudo est immobilis inter aduer  
sa animi laborū et piculorū susceptio. q̄  
nec aduersitatis incurſu frangit. nec  
blandimento prosperitatis eleuat. De  
qua oriū magnanimitas. fiducia. secu  
ritas. patientia. pseuerantia. longanimi  
tas. humilitas. mansuetudo. Magna  
nimitas est virtus spontanea difficultū  
aggressio. **Fiducia** est certa spes aīmi  
rem inchoatam ad finē p̄ducendi. **Se  
curitas** est virtus incommoditates im  
minentes rei inchoare ad finem p̄du  
cendi non formidans. **Magnificētia**  
est virtus aīmi. arduorū dās p̄summa  
tionez. **Constantia** est stabilitas aīmi  
firmi. et in p̄posito pseuerans. **Firmi  
tas** est virtus animi. oīa equanimiter  
portans. **Patientia** est d̄tus et vis ani  
mi. contumeliarū et oīs aduersitatis imp  
petus cum tranquillitate sustinens.  
**Pseuerantia** est aīmi firmitas in bo  
no p̄posito. vsq̄ ad cōsumationē prin  
gens. **Longanimitas** est d̄tus qua pa  
riēter vite eterne premiū expectamus.  
**Humilitas** est d̄tus p̄ quā animus in  
nullo se efferēs. nihil sibi ascribēs bo  
ni et exterius abiectus deferat habitum.  
**Mansuetudo** est virtus animi qua ho  
mo se tolerabilē in alijs reddit. **Q̄  
Quarta** virtus cardinalis est ipsa iusti  
cia. que ut sit d̄tus politica. debet mun  
dum istum desp̄icere. et seruare vnicui  
q̄ quod suū est. s. sibi ipsi. proximo. et  
deo. **Secundo** ut est d̄tus purgatoria.  
ipsa iusticia est ad veram proximivias  
consentire. et vnicuiusq̄ virtutis of  
ficiū in suo vigore p̄seruare. **Tercio**  
iusticia pur est virtus purgati animi. ē  
cum diuina mente p̄perno federe soci  
ari. **Exemplari** vero iusticia que in deo

est. est q̄ plenni lege a sempiterna ope  
ris sui p̄sumptione non fleccitur. **Et**  
his patet q̄ primus gradus iusticie ut  
est virtus politica ab omni iniquitate  
hoīem custodit et cū hoīb̄ pacifice con  
uersari facit. **Secundus** gradus iusti  
cie ut est purgatoria virtus mentes ad  
eterna directe trahit iusto ordini ratio  
nis p̄fecte p̄sentit. **Tercius** gradus in  
iusticie ut est virtus purgati animi men  
tem in eternis figit q̄ illa cū deo eter  
no p̄peruo federe sociat. **Exemplaris**  
aut iusticia. que in deo est p̄dictos gra  
dus inchoat. deducit et p̄ficat. que om  
nem creaturam suam p̄perua et inflexi  
bili lege iuste regit. **Ex his** aliquantū  
patet quō p̄ virtutes pur sunt politice  
homo ordinat in operationibus suis  
quo ad proximum et per virtutes pur  
sunt purgatorie ordinat ad seipsum et  
ut sunt virtutes purgati animi ordina  
tur ad deum quas d̄tutes exemplares  
que in solo deo sunt p̄ficiūt s̄m maius  
et minus pur operantes in fide et cari  
te opa lucis eas p̄fectius vel minus p̄  
fecte participant. **De d̄tute** etiā iusti  
cie sic d̄t seneca. **Iusticia** aut quid ē in  
si nature tacita p̄uentio in adiutorijs  
multorū inuetera institutio non nostra  
constitutio sed diuina lex est et vincu  
lum societatis hūane. **Quisquis** igit  
iusticiam sectari desideras time prius  
deum. ama deum ut ameris a deo ama  
bilis eris deo si illū in hoc imiteris ut  
velis oīb̄ prodesse nulli nocere et t̄c  
te virum iustū appellabunt omnes p̄  
quenter venerabunt et diligēt. **Iustus**  
em̄ sis non solum nō nocebis sed et no  
centes prohibebis. hec seneca. **E**  
**Notandum** etiā q̄ iusticia est in suo  
unicuiq̄ tribuēs. **De qua** p̄cedunt re  
ligio. pietas. seueritas. innocētia. re  
uerentia. et misericordia. **Religio** est  
virtus quedam superioris vite. q̄ hac

**Liber II. Dist. II. Ca. XII.**

virtute regulamur aliter religamur diuino cultui. **Pietas** est virtus qua parentibus vel potentibus honorem debemus exhibemus. non solum in ueneratione sed etiam in exhibitione necessariorum. **Seueritas** est virtus qua communivilitate seruata districte agimus in supplicis reddendis. ut non relinquamus aliquid de pena debita. **Innocentia** est qualitas mentis onus iuris non formidans. **Reuerentia** est virtus que primis nostris vel aliqua prelatione sublimibus debetur honore honorificationis culmine exhibemus. **Hec** diuiditur in duas partes. in uenerationem que est virtus qua reuerentiam exhibemus maioribus in corporis humilitate. gestu. nutu. et uerborum emissionem. in obedientiam que est castitate inuentionis effectus. **Misericordia** est virtus per quam animus in calamitate alterius mouetur. **Et** sciendum quod virtus perducere solet hominem ad vitam eternam. que virtus maxime est amor dei de quo ceterae uirtutes procedunt. et etiam uirtutes cardinales. que cum habite fuerint dilectionem dei et primi in mente custodiunt et seruant. **Unde** beatus augustinus **Uirtus** ad beatam uiam nos perducit. sed uirtutes nihil esse affirmauerim nisi per summum amorem dei. **Nam** et illud quod uirtus quaedam partita dicitur ex ipsius amore uario quodam affectu dicitur. **Est** enim temperantia amor integre se prebens ei quod amat. **Fortitudo** amor facile tolerans omnia propter id quod amat. **Iusticia** amor soli amaro seruans. et ideo recte dominans. **Prudentia** amor eorum qui bus adiuuat ab eis. quibus impedit sagaciter eligens. **Sed** hunc amorem non cuiuslibet sed dei esse diximus. id est summi boni. summe sapientie. summe concordie. **Est** etiam caritas simplex et pura que spiritu sancto inspirata perducit

ad filium per quem cognoscitur pater. **Omne** autem officium temperantie est erudire ueterem hominem et in deo renouari. id est. contemnere omnes illecebras corporales et laudes popularem. totumque amorem ad diuina referre. ne subiciat se homo per peccata his rebus mortalibus uiter regulam utroque testamento formatam ut eorum nihil per se diligat. nihil appetendum putet. sed ad uite huius atque officiorum necessitatem (quantum satis est) usurpet uentris modestiam non amantis affectu. si enim deus est summum bonum hominis. nihil aliud est homini bene uiuere quam toto corde. tota anima tota mente deum diligere. a quo existit ut incorruptus in eo amor custodiat. quod est temperantie. nullis frangat in commodis quod est fortitudinis. nullis alijs seruiat quod est iusticie uigilet in discernendis rebus. ne fallacia subrepat. quod est prudentie. **Hec** est hominis una perfectio qua sola impetrat ut caritate in ueritate persequatur. non potest autem seipsum diligere qui deum diligit. imo ille solus se diligit qui deum diligit. quod sedule agit ut summo bono persequatur. quod autem agis tecum agendum est cum primo. scilicet ut ad id bonum ad quod ipse tendis eum adducas. illud enim est unum bonum quod omnibus tecum tenentibus non fit angustum. **Ex** qua scilicet dilectione primi nascuntur officia societatis humane. in quibus non errare difficile est. **Duobus** enim modis peccatur in homine. uno si ledatur. alio cui potest non adiuuatur. **Hec** augustinus. **Et** sic patet de quatuor uirtutibus cardinalibus. **Filius.**

**Quo** etiam aliqua scire de filiis ad que tenentur religiosi facta professione. anno probationis expirato.

Capitulum XIII. Pater A. q.